



Zeelandia Comitatus.

<https://hdl.handle.net/1874/349800>

ZEELANDIA Comitatus.



~~M A R E G E R M A N I C O M~~



Millaria Germanica communia

le water

卷之三

三

三

卷之三

卷之三

三

三

三

卷之三

四

10

三

1100

三

三

卷之三

卷之三

卷之三

三

Nobilis Magnif^{co}
Fortissimq^z Domino.
DIOANNES KNUTS

*Equiti et Domino in Veteri et
Novo Vosmar; nomine prep. Ord.
Belg. Fecit ad Christianissimum
P. G. I.*

*Regem Gall. Legato; primario,
et Nobilium nomine in Ampl.
Ord. Zelandiae Collegio, corun-
demque Deputatorū Consilio,*

*Assessori; nec non et excellentes
tie sue. Illustrissimi Principis
Auriaci. Consiliario Dignissimo.* D. D.

Joannes Janssonius

Zelandia Comitatus.

Flissinga tertium est Walachia oppidum Africo fe-
re obversa & in Flandria terra conspectu; Middelbur-
go autem leucæ unius itinere distata, tam eximio portu
speciada, ut quorundam fere ab Oriente, Occidente, & Au-
stro denique ultro citroque commeant naves, eo per-
petuo transleant, cuius transitus adeo momentosus, ut
quis merito clavem dicat Ocani Belgici. Hic communi-
nis Amstelodamensis naviū, aliorumque mercato-
rum statio est, praefertim in Orientalem & Occiden-
talem Indias tendentium. Hic non procul visitur Dom-
burgum municipium.

Arnemuda vulgo *Armenudum* oppidorum Walachia possum, mirorum exparsus portu celebre, adip-
sum Oceanii littus positum; habet deinde hæc Insula

complures pagos inter quos nominatur *Zuydburghum*, medio fere inter Flissingam & Middelburgum

itinere, loco amaro & palatio quodam infigne.

Sequitur in Occidua Zelandia parte *Zuytbevelan-*
dia Insula, Belgis sic dicta, quod pruquam aggeribus
cingeretur, quasi fundo non fatis solidato sub pedibus
tremere; etiam autem hæc insula Zelandicarū omnium
longe maxima, ut quæ aliquando vingt' leucas ambitu
suo incluerit. Hodie propter sevas Oceanii tempestas-
tes & horrenda subinde diluvia, tum perpetuum illum
Scaldis, Bergozonium inter & Romerswalam, vi-
lento suo cursu jugiter eam alterantis astutum, toto fere
semisile contractior. Claruit olim tribus haud ignobi-
libus oppidis, quorum primarium *Borsala* dicebatur, ad
australem Insulæ plagam exstruxit; sed misere tandem
anno 1532, una cum territorio omni circumiecto, quod
Dominium Borsalanum audiebat, mari absorpta.

Romerswalia igitur hodie Zuytbevelandia caput
est, & ab Ortu adspicit Bergozonium, unde leucæ
dunatax intervallu abjungitur, sed eadem inundatio
ab Insula omnia vulsam seorsim in Insulæ formam re-
degit.

Goesa, quam vernacule vocant *ter Goes*, sola è tribus
istis oppidis manu intacta, & ad Aquilonarem Insulæ
partem, ac brachium illud Scaldis, cui *Schenge* nomen
est, posita; opidum satis laetum & luculentis admou-
dum privilegiis exornatum. Juxta *Goesam* est pagus
Barlandia, ubi natus doctissimus *Ælius Adrianus Bar-*

landus

re obversa & in Flandria terra conspectu; Middelbur-

go autem leucæ unius itinere distata, tam eximio portu
speciada, ut quorundam fere ab Oriente, Occidente, & Au-

stro denique ultro citroque commeant naves, eo per-

petuo transleant, cuius transitus adeo momentosus, ut

quis merito clavem dicat Ocani Belgici. Hic communi-

nis Amstelodamensis naviū, aliorumque mercato-

rum statio est, praefertim in Orientalem & Occiden-

tallem Indias tendentium. Hic non procul visitur Dom-
burgum municipium.

Arnemuda vulgo *Armenudum* oppidorum Walachia possum, mirorum exparsus portu celebre, adip-

sum Oceanii littus positum; habet deinde hæc Insula

complures pagos inter quos nominatur *Zuydburghum*, medio fere inter Flissingam & Middelburgum

itinere, loco amaro & palacio quodam infigne.

Sequitur in Occidua Zelandia parte *Zuytbevelan-*
dia Insula, Belgis sic dicta, quod pruquam aggeribus
cingeretur, quasi fundo non fatis solidato sub pedibus
tremere; etiam autem hæc insula Zelandicarū omnium
longe maxima, ut quæ aliquando vingt' leucas ambitu
suo incluerit. Hodie propter sevas Oceanii tempestas-
tes & horrenda subinde diluvia, tum perpetuum illum
Scaldis, Bergozonium inter & Romerswalam, vi-
lento suo cursu jugiter eam alterantis astutum, toto fere
semisile contractior. Claruit olim tribus haud ignobi-
libus oppidis, quorum primarium *Borsala* dicebatur, ad
australem Insulæ plagam exstruxit; sed misere tandem
anno 1532, una cum territorio omni circumiecto, quod
Dominium Borsalanum audiebat, mari absorpta.

Romerswalia igitur hodie Zuytbevelandia caput
est, & ab Ortu adspicit Bergozonium, unde leucæ
dunatax intervallu abjungitur, sed eadem inundatio
ab Insula omnia vulsam seorsim in Insulæ formam re-
degit.

Goesa, quam vernacule vocant *ter Goes*, sola è tribus
istis oppidis manu intacta, & ad Aquilonarem Insulæ
partem, ac brachium illud Scaldis, cui *Schenge* nomen
est, posita; opidum satis laetum & luculentis admou-
dum privilegiis exornatum. Juxta *Goesam* est pagus
Barlandia, ubi natus doctissimus *Ælius Adrianus Bar-*



ZELANDIA COMITATUS.



Nominis
etymon.

ELANDIAM nonnulli volunt
eas esse insulas quas Prisci *Ari-*
boricas dixerunt; si vero Danorum
annalibus credimus, constat re-
cens terræ vocabulum & ab ipsi
Danis de primaria quadam
Danici regni insula, inditum,
quo nomine finitimas quoque
insulas complexi fuerunt. Ego

componi cederem hanc nominis vocem ex duabus
syllabis *Zee* nimurum & *Land*, quas Latine exprimeres
terrā marinā, quæ originatio satis mihi liquere vi-
detur. Complectitur autem quindecim, vel ut ali
volunt, sedecim numero insulas, quarum singula sua
distinctim vocabula habent, & Comitatum hunc ge-
nerali Zelandiæ vocabulo inter se juncta constituit.
Positæ autem sunt in ea maris Oceanii parte, quæ ad

Africum Zephyrumque obvertitur, sed Cauro tamen
magis expedita à Septentrione habent sinus quosdam
marinos, pene instar canalicul & nominant Flack-
am, quæ ab Hollandia separantur; ab Austro est lă-
vum cornu seu brachium Scaldis, quod vulgo audit de
Hont & à Flandria eas distinguunt; ab Ortu dextero ejus
fluminis cornu, quod vocabulum nusquam mutat, à
Brabantia dispergitur; ab Occidente denique Ocea-
num habent & Anglis jacent obversa. Solum Zee-
landicum pingue imprimis & cum aliarum quarumlibet
frugum, tum triticum maxime feracissimum, quod ea
quidem specie & bonitate simili nascitur, ut non te-
mere usquam pulchrius meliusve invenias; accedit
enim quam proxime ad orizam, provenit item copio-
se coriandrum. Gignit insuper ager Zelandicus ru-
bię quam tinctorum vulgo appellant, ea quidem luxu-
rie, ut non parvam Europæ partem largiter ea imper-
tiatur. Est & cespitis quoddam utilibilis seu bituminis
genus, incola *Darring* vocant, sed quod nefas eruerit,
maxime juxta aggeres (vulgo *Dijcken*) cum sit soli ipsi-
us veluti fundamentum & magnum adversus aquas
præsidium. Sunt denique & uberrima pecori sagittan-
do pacua & innumeris paissim in usus humanos pice-
fa stagna. Octo in ea numerantur oppida muris clau-
sa; Middelburgum, Zirizæ, Veria quæ & Campo-Ve-
ria, Flissinga, Tola, Agger D. Martini, Romerswalia,
Goesa.

Middelburgum peropportune jacet ad latitud. gra-
duis quinquaginta unum & tres quadrantes; & ab Or-
tu quidem Arnemuda, dominii sui portu, tantum leucæ
triante; à Libonoto vero Slusa Flandrorum quinque;
Dordraco denique Batavorum metropoli decem
& septem leucarum intervallo abjungitur. Duplex
urbis est portus five alveus, uterque non longe ab Arne-
mudam in Oceanum influens, quorum alter antiqui est
operis & vix amplius frequentabilis; alter recens ef-
fossus & ea cum latitudine & profunditate, ut ingen-
tes & supra ducentarum *lastrum* ut vocant, five qua-
dringentorum doliorum naves inde à portu Arnemu-
densi usque ad ipsam urbem, magna civium commo-
ditate transmittat. Est urbs luculenta imprimis, ame-
na & cum firmis admodum mænibus, tum latis quoq;
& altis fossis, alio rursus muro extorris vindictis, omni
ex parte clausa. Vias habet admodum elegantes, domos
amplas & laxas, pulchra denique & magnifica
cum templorum, tum & cœnobiorum in alios usus
conversorum adficia. Claruit quandam Abbacia
Præmonstratensis ordinis, & Episcopali sede. Gaudet

insuper Middelburgum stipula sive emporio vini, &
Gallia, Lusitania, Hispania, aliisque provinciis via ma-
ritima in has partes importari soliti, cumque navigati-
onibus maximæ & negotiatione marina, tum & aliis
quoque vari generis mercimonis floret, estque non
hujus dunatax Insulæ, sed & Comitatus Zelandiæ
caput.

Zirizæ diffidet Arnemuda quinque tantum & se-

mi, Middelburg sex leucas, universi Comitatus Ze-

landiæ est urbs vetustissima, quondam mercimonis flo-
rentissima ob portum commodū, neque prorsus com-
mercia sunt extintæ, siquidem magis magisque indies

gliscere incipiunt. Aedificiis publicis & privatis me-
diocriter est exulta, unde in Zelandia Orientalium

Insularum metropolis habetur. Capti sunt ante ali-

quot annos non procul hoc oppido pisces quidam ma-
rini, horrifica plane & monstruosa corporis vaftitare,

qui Antwerpiam & ad alia loca ob carnis suavitatem

tunt delati, ibique venditi. Est in eadem Insula Bro-

wershavia oppidum, Zirizæ duabus leutis abjun-
tum & prædictive magis piscatore, quam alio cive po-
polofum. Natus hinc Petrus à Brouwershavia, vir in-

signiter literatus & Theologicorum aliquot operum

scriptor.

Älter Insularum Orientalium & quæ Scaldia col-

lateraliter est, *Davelandia* dicitur, à columbarum in ea

multitudine. Patet in ambitum quatuor circiter leu-

cas, sed quia nimis expedita violentæ undarum inju-

ria, nullo prorsus incola est oppido, at pagos tamen

habet plurimos, & cum domos nobilium, tum & alio-

rum quorundam prætoria.

Tertia Orientalium Insularum est *Tola*; in ditione *Tola*,

terra Zelandiæ Comitis, quæ à territorio Aggeris D.

Martinii intermedia tantum fossa, & ea quidem vix semi-

plena dividitur, unde contendunt nonnulli duas esse

distinctas Insulas, hodie tamen revera est una, in qua

duo sunt mediocriter tanta conditione opidula, quorum

alteri nomen est *Tola* à vernacula dictione *Tol*, quod

Vestigial significat, olim siquidem eo loci telonium ubi

pendebant Principi vestigalia, unde non oppidum

modo, sed & ipsa insula denominata. Alterum dicitur

Agger Divi Martini, quibus sui deinde accidunt pagi.

Aliæ quædam minorū gentiū insulae, quas ab Orienta-

li illa Zelandiæ parte conspicias, ita parvi momenti ac

penetrare sunt, ut non sit opus plurib. eis attingere.

In Occasū occurrit Walachia vulgo *Walcheren* est;

omniū universæ Zelandiæ Insularū primaria, non tan-

tū ipsa soli amplitudine, quod decem tantum leucas in

ambitu continet, quam securitate quadam & oportu-

nitate situs, opidorum conditione & incolarum non ou-

plentia minus, quam densitate. Tria numerat oppida

muri clausa, inter quæ primum lo cum habet Middel-

burgum supra nobis descriptum, cui succedit *Veria* quæ

& *Canfera* vel Campo-veria potius dicitur, alterum est

inter oppida hujus Insulæ, muro & mænibus clausa, si-

tu quidem ad Aquilonarem obversa & in ipso Ocean-

um littore. Fossam habet qua Middelburgum ufo;

extendit à qua urbe leucæ tantum unius intervallo, Flis-

singa vero altero tanto abjungitur, muris cingi cepit

anno 1358, estque oppidum satis concinnum & mer-

cionis florens, maxime propter commercia. Mar-

chionatus jačat dignitatē, cuius Marchio ex antiquo

quodam statuto eam habuit prærogativam, ut solus &

sine ullo competitor in Conventibus terræ Ordinum

suffragium terat pro omni nobilitate Zelandica.

k k

Fliſſinga

97800024